Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6719
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



258

ea vinum bibere cum felle
mixtum. Et cum gustasset
noluit bibere. Postquam autem crucifixerunt
eum: diviserunt vestimenta eius: sortem mittentes: ut adimpleret
quod dictum est per prophetam
dicentem. Diviserunt sibi vestimenta mea et
super vestem meam miserunt sortem. Et sedentes
seruabant eum. Et imposuerunt super caput
eius causam ipsius scripta. Hic est rex iudeorum. Tunc crucifixi
sunt cum eo duo latrones
unus a dextris et unus
a sinistris. Pretereuntes autem blasphemabant eum: mouentes ca
pita sua dicentes. Vah qui destruis templum
dei: et in triduo illud
reedificas. Saluum te
metipsum. Si filius dei
es: descende de cruce. Si
multitudo et principes sa
cerdotum illudentes cum
scribis et senioribus dicebant. Alios saluos fe
cit: seipsum non potest
saluum facere. Si rex
israel est descendat nunc
de cruce et credimus ei.
Confidit in deo liberet
eum nunc si vult. Dixit
enim: quia filius dei sum.
Idipsum autem et latrones
qui crucifixi erant cum
eo improperabant ei. A
sexta autem hora tenebre facte sunt super om